

DISPV TATIO PHYSICA

Phys. 63 -

DE

Henrich.

NECESSITATE ENTIA MUL TIPLI- CANDI

QVAM

IN CATHOLICA ET ELECTORALI
VNIVERSITATE INGOLSTADIENSI

PRAE S I D E

HENRICO HENRICH,
SOCIETATIS JESV. PHILOSOPHIAE
PROFESSORE ORDINARIO

SUSTINEBIT

REL. F. VBALDVVS ALTMAN,
CAN: REG: ORD: S AVGVSTINI,
ECCLESIAE BEYRBERGENSIS PRO-
fessus, LL. Artium & Phil: Baccalaureus, ac
Metaphysicæ Studiosus

ANNO REPARATAE SALVTIS M. DC. L.
MENSE MARTIO.

INGOLSTADII, in Typographia Ederiana, excudebat Joannes Ostermayr,

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO
S. R. I. PRINCIPI, AC DOMINO, DOMINO

VITO ADAMO,
FRISINGENSI EPISCOPO,
Domino meo Clementissimo.



Video hodie, Reverendissime & Illusterrime Princeps, quod ante hac
ausus non sum. Bonitate & Clementia pellecul Tuæ, Conscientia con-
victus mea, incitatus imperio illius, cui non obedire grande nefas foret.
Audeo Nomen Tuum thesibus meis presigere. Idque ideo ut tergemi-
nam, diffidentis, immemoris, & inobsequenter caueam notam, ut tri-
plex debitum Fiducie, Grati animi, & obedientie, quæ possum expungam. Audacia hu-
jus rei, si forte temeritas est, fatentem me R.^{ma} & Ill.^{ma} Celsitudini Tue reum filio, vel
plectendum pro meritis, vel pro Clementissima Tua Bonitate absoluendum. Vtrum fece-
ris, Jure Tuo uteris. Ut absoluas, bic ipse qui deliquit libellus supplicat, & Tu se Pe-
do inclinat. Cynicus ille Philosophus (Plutarcho attestante) plerumque innixus
bacillo incedebat, sive ad casum facilius cauendum, sive ad incurvantium ferarum fe-
rociam certius frangendam. Ego sacrum Pedum Tuum contingere ambio, & ad
texitatem meam fulciendam, & ad ingeniosos hostium meorum impetus retun-
derdos. Quod si concederis, quamcunque ingruentium sophismatum tempesta-
tem ridebo, hoc velut Neptunio Tridente securus. Si negaueris; victori ante porrigan
herbam, quam arenæ me bene commiserim. Patrocinio & fauore Libellus meus indiget;
alterius neminis, preter tuum expedit, toties sibi optatum, toties jam toti Cœtui nostro pro-
batum. Impetrare me istud etiamnum patere, & R.^{ma}. ac Ill.^{ma} Celsitudo Tuæ omnes Bene-
ficiæ partes, sicut hactenus Canobio toti bello expleuit, ita in me postremo eiusdem A-
lumno longè superauerit. Nostrarum in posterum partium erit, ne quid in nobis culpæ sit,
eisdem strenue predicare, duplice titulo, Debito nostro, Honore Tuo exigente. In cuius rei
vadem hanc paginam modo suscipe, & Podo Tuo protege, ac Gregi Tuo, Patriæ, & nobis diu-
sos & Beneficis vine. Ingolstadij, 28. Martij, Anno M. DC. L.

R.^{ma} & Ill.^{ma} Celsitudinis Tuæ



G 5

Deuotissimus cliens

F. Vbaldus Altman.

PRO O E M I V M.

AXIOMA. & primum velut principium in Philosophia est, entia sine necessitate non esse multiplicanda: sed que, & quamvis sit illa necessitas, non proinde est exploratum. Mili semper, prater ceteras, visa est illa sufficere, qua ostendit effectum nonnullorum experientiarum, aut alias certe Doctorum consensu cognitorum, nullam à priori ratione reddi posse, nisi aut distincta quaedam entitas, aut nova entitas cognite virtus admittatur. Propterea tanquam principium per se quoque notus censui: illam sententiam inter duas controversias alteri preferendam, que plurimum effectuum, experientiarum,

aut alias receptarum sententiarum ratione à priori redere potest, etiam plura entia admissas, caserū tamen paribus. Quia vero cognous hoc ipsum in dubium responsum, dum aliqui putant, ad recipiendum dictum principium non tantum cetera, sed etiam entitatum multitudinem debere esse parentem: ideo conabor ostendere, nisi haec ipsa necessitas multiplicandi acceptetur, plurima argumenta, a communiori Philosophia recepta, rim omnem, aut certe magnam partem amittere. Idque ex fine, ut brevissime positiones communiorum sententiarum ab alijs fuisse pariter & ingeniosè explicata minoreratio legi possint.

S. I.

Principia in facto, sive Causæ intrinsecæ corporis naturalis.

T H E S I S . I.

Sola materia prima, & forma substantialis sunt talia principia. Prior est subiectum primum ynius cuiusq; ex quo fit aliquid, cum insit non secundū accidens, & cum aliquid corruptitur, in hoc abiicit ultimum. Sine: est substantia incompleta, quæ per modum magis perfectibilis constituit compositum corporis naturalis. Eius potentia universalis & remota, respectu substantiarum non est realiter distincta ab ipsa; per quam respicit omnes formas nondum corruptas, non tamē collectivæ simul aut successivæ habendas, sed disjunctivæ, & sub hâc conditione: si ponantur debitis circumstantiæ naturaliter possibles. Corruptas formas, ut tales, naturaliter non appetit.

II. Forma substantialis de facto data, est substantia incompleta, quæ per unionem distinctam constituit totum compositum materiale per modum magis perfectius. Et universaliter loquendo: inter duos sibi conaturaliter intime unita illud est forma, quod potius perficit, & illud subiectu quod potius perficitur. Quando vero alterum omnino non est perfectibile, tunc neutrum est propriæ forma aut subiectum alterius. Nam celebris oritur quæstio, an dentur de facto istæ duæ partes realiter à se distinctoræ, an verò corpora naturalia sint una entitas realiter indivisibilis in partes essentiales.

III. Negat Gomesius Pereira in margaritâ Antonianâ, qui docet elementa esse substantias plane simplices sine omni compositione essentiali. Item Franciscus Vallesius in sacra Philosophia cap. 69. quos se-

quuntur nonnulli Recentiores Atomistæ, qui omnia corpora mixta componi docent, non ex partibus essentialibus per modum subiecti & forme se habentibus, sed ex minimis quibusdam particulis, sive atomis partim igneis, partim aquaeis, aereis, & terrestribus. Sunt denique reperti qui dicent totum universum corporeum esse eiusdem omnino speciei substantialis, ut adeò equus & lapis tantum accidetaliter different. Cuius erroris S. Thos. 2. contra gentes c. 63. Galen. Medicū insimulat. Quæ omnes sententie in hoc conueniunt, quod parcam naturæ indolē sequi videantur, una simplice substantiæ contenti, reiecto (saltem in elementis) partium componentium binario.

IV. Affirmat liberalior Philosophia tota cum Aristotele, Diuo Thom. Scoto, ceterisq; melioribus Philosophis, qui omnes hâc in parte entia multiplicare non horrent, quia necessitatibus evidet. Necessitas tamen ab ipsis assignata (ex ratione naturali patet facta, Theologicas enim suis Authoribus hic relinquo) nihil evincit; si supponamus melius esse entia non multiplicare, quam rationes à priori reperiire. Nam illa necessitas oritur sere ex sequentibus capitibus. 1. quia quotidie experimentari substantias nouas oriri, interre alias, cuius experientia causas Philosophia dare non poterit, nisi supponatur dari aliquid subiectum communem genito & corruptio. Cum enim causa secunda naturaliter & de facto creare non possit, necessarium est, ut vel nihil agat vel ex subiecto praesupposito operetur. 2. Experimentum, ignem ex ligno non producere alium ignem prius quam introduxit dispositiones. Hulus raptæ ratio desiderabitur,

bitur, nisi dicamus materiam ligni per introductio-
nem accidentium disponi debere ad nouam formā
recipiendam. Imò ne quidem ratio est, cur destrui
debeat lignū præcedens si non dicamus dari aliquā
materiam, quæ utriusq; forme (ligni & ignis) capax
sit, simul tamen utramq; capere non possit, ac proin-
de adingens nouā, alterius destructionē consequi.

V. Peculiariter contra eos, qui docent nihil de no-
vo produci (nisi forte motum localem) & aquam v.
g. ex frigidā tantum ideo fieri calidā, quia egrediuntur
particulae frigidæ & ingrediuntur calidae. Item
cum aëre ex tenebroso sit lucidus, egredi atomos um-
brosos, & ingerere se eorum loco particulas lucidas,
contra hos inquam tertia necessitas petitur, ex eo-
dem fonte: quia tunc nulla esset ratio, cur aqua in
vase optime clauso æquè citio calefieret, quam in a-
perito; cum in tali casu prohiberetur saltem tam fa-
ciliis egreßus & ingressus tot particularium. Quando
vero conclave lucidum ex repentina valuarum ob-
ductione fit tenebrosum, debent enim atomi lucidi, ideo
egredi, quia ipsi via præcluditur, quod est inconve-
niens. Vnde conficitur vel nos debere horū effectuū
causas ignorare, vel supponere tales mutationes,
quas sensibūs percipimus, alio modo fieri, quam per
corpusculorum commixtionem, scilicet per actionē
aliquam plurium, & nouarum entitatum producti-
vam. Et hoc posterius priori anteponendum esse.

VI. Contra Galenum & nonnullos Recentiores,
qui formā substancialē sustulerunt, & essentia cor-
porum v. g. ignis præter subiectum constituerunt in
aggregatione certorum accidentium militat 4. vel
sola, vel saltē præcipue eadem experientia. Vide-
mus esse quædam subiecta, quæ amissam certorum
accidentium aggregationem iterum reparant, quando
ab hoste extrinseco liberantur, v. g. aqua calefa-
ta, demptio igne, reducit se ad debitum gradum fri-
goris. Cuius reductionis rationem naturale ut dare
possimus, supponimus aliquod principium radicale
distinctum ab illo subiecto, ex quo hoc ipsum prin-
cipium educitur, & ab omnibus accidentibus, quo-
rum radix est. Hoc supposito ostendimus quare id,
quod ante habebat accidentia chartæ, si inieciatur
in ignem, inde retractum, post lucem & summum ca-
lorem recepsum non amplius reparat priora acci-
denta: id vero quod ante habebat accidentia ferri
inieciut in ignem, etiam si lucem & calorem recipiat,
tamen inde retrahit redit ad pristinas qualitates;
causalē enim referimus in radicale principium quod
in priori casu simul cum accidentibus destruetur est,

in posteriore pereantibus licet plurimis accidentibus,
tamen ipsum manet sartum rectum. Ecce plura en-
tia admittimus, quam Galenus, sed experientiarum
explicandarum causā compulsi.

§. II.

CAVSE PHYSICÆ.

VII. Causa est principium influens, per influxum
formaliter ex se defectibilem. Illa res Physis (in ef-
fectus factem creatos influit) quam productio quā
talis estentialiter, immediate & determinatē afficit
(sive respicit) pro priorū naturā. Inter duo connexa
quoad existentiam illud est prius naturā, quod ab
alicuius rei positione (productione, si ens positivū
est) quā tali afficitur ut jam aliunde habens existen-
tiā. Et illud est posterius (respectu illius quod di-
cto modo afficitur) quod per hanc ipsam positionem
accipit existentiam.

VIII. Non plures causas propriæ dictas admittim⁹,
quam duas, efficientem, & materialem extrinsecam,
sive comparatam ad effectum, quem non componit.
Materialis est illa causa physica, ex quā aliquid sit
quod ipsi insit latenter per productionem, sive: cui
immediate & essentialiter inest sous influxus. Effi-
cientis est id à quo primo procedit actio, sive: est cau-
sa physica habens talem influendi modum, ut ab in-
fluxu extrinsecè, vel tantum mediante intrinsecè af-
ficiatur, nisi identificetur cum oppositā specie.

IX. Versusque virtus causatiua realiter non distin-
guitur ab entitate Causa. Nec inveniunt formaliter
ipsam productionem sive actionē: sed est exigentia.
(Si virtus sic positiua) que possibilis sit talis productio,
a quā pro priorū naturā essentialiter immediate &
determinatē afficitur. Hæc virtus causatiua non ita
arcte habenda est, ut soli Deo concedatur. Neq; in-
fluxus actualis ita. Creaturis dandus, ut non etiam
simultaneus Dei concursus semper requiratur. Quæ
certa & communis sententia (sicut & illa, quæ præter
efficientem causalē adhuc concedit materialē) dif-
ficiliter ratione naturali probatur; si dictum nostrū
principium non supponatur, nam.

X. Nonnullorum malæ notæ Philosophorum
stulta sententia (vitam vocat. D. Thom. 3. contra
gentes c. 69.) docet solum Deum operari: creaturas
vero ipsas tantum esse conditiones, sine quibus Deus
non operaretur. Hæc doctrina minus multiplicat vir-
tutes productivas, quam nostra & communis Catho-
licorum: præcipuum tamen fundamentum est hoc,
quod operatione creaturis negatā, nulla, aut non
nisi inepia, ratio dari possit experientiæ & libertatis
humanae.

humanæ; si enim omnem virtutem agentiam à creaturis susciteris, etiam auferes virtutem agentiæ & non agentiæ, quod requiritur ad libertatem; neque Philosophatus erit dicere hominem nisi omnis esse liberum, cum id à posteriori experiamur in nobis, & ex fide discamus. Non, inquam, sufficit, quia naturalis scientificæ est, ita de rebus philosophari, ut quantum fieri potest, rerum causas afferere possit. Malumus proinde etiam hic plures virtutes causatiuas agnoscere, quam tali ratione carere.

XI. Quod magis facinus in immediato Dei cum creaturæ concursum tuendo, nam & Durandus, quando in 2. dist. 1. quest. 5. & dist. 3. 7. quest. 1. negat Deum concurrere immediato cum ipsis creaturis, parior est in influxibus saltē formaliter distinctis admittendis, quam nostra doctrina, & communis Diuī Thomæ 1. part. quest. 10. 2. 5. quā præter creaturæ concursum, etiam Dei, ut causa primæ, influxum necessarium esse tradimus. Pro quā tamen vix alia paulo efficacior probatio à Philosophia adferri potest, quia in ista: quodsi aliter tollatur, nobis modus & ratio Deo perfectissimum dominium assertendi ab indubitate omnium sensu ipsi tributum. Quod vero tollatur hæc ratio sic ostenditur: Ratio à priori assertendi Deo perfectissimum dominium in Creaturas est ipsa definitio perfectissimi dominij, quod scilicet sicut Jus disponendi de re omni omnino modo, aliunde non implicante, & nullam imperfectionem inferente. Sed negato hoc immediato influxu, non amplius posset Deo perfectissimum dominium attribui per hanc definitionem, ergo tolleretur ratio à Priori. Maior difficultatem non habet. Minorem probo: immediato impedire, creaturam à sua operatione, est quædam dispositio, quæ neque imperfectionem importet, neque aliunde (abstrahendo ab hac ipsa questione, quæ hic non debet reddi pro ratione) implicat: sed Deus, negato immediato influxu non potest immediato impeditre, ergo non potest ipsi amplius asserti perfectissimum dominium ex definitione. Major iterum dubia non est; nam etiam ad creatum dominij pertinet posse mancipium prohibere a certis artibus, minor probatur, quid enim agendum esset Deo, ut ignis ab ipso independens non ambureret pilos trium puerorum: an extinguendus? an ab illis removendus? an ipsi calor austrendus? at haec omnes sunt tantum mediae prohibitiones, quatenus per destructionem vel ipsius Causæ, vel potentie, vel alicuius certæ & inducitæ conditionis creatæ impedit, ne agere possit,

& nullus alias modus apparet, quo impeditre possit, ergo negato immediato influxu non potest inmediate impeditre, ergo neque est perfectissimus dominus. At admisso hoc concursu, ab agendo Deus quamlibet creaturæ coegeret potest per hoc solum, quia negat concursum omni Creaturæ necessarium, quod est immediate impeditre. Habetus proinde & hic necessitatè influxus formaliter plures assertendi, quia per illos alicuius certa lentitatem ratione inventimus, quā auferunt nimia entium, parsimonia. Hoc argumentum communiter satis efficax creditur, si tamen supponeres rectius tolli rationes à priori, quam plura entia ponantur, nō amplius illo quemquam virgere possit.

XII. Arriaga disp. 10. sect. 1. subs. 2. existimat contrariam quoque opinionem modum habere quæ dictum dominium Deo assertat, si dicat: tamē si Creatura non egeat Dei concursu, ut auxilio, egere tamē ipsius permissione ut conditione, quā solā subtrahita, & reliquis ad actum primum requisitis, positis, operatio Creaturæ sequi non possit; atque hinc confici immunitam operationis cohibitionem. Hæc ipsa responsio tam quæstia confirmat quod intendimus enim dominij Divini tam remotam quæstia rationem ostendit omni probabilitate caritatum oppositionem doctrinæ, si nullam à priori reperisset, quantumcumque illud ipsum dominium à posteriori faceret testatum, ergo Philosophia omnia prius tentat, quam rationem à priori negligat. Secundò, hæc conditio ab altera opinione gratis omnino singetur, etiam non appareat, quid officiæ esset habiturus, tamē si enim defacto necessaria sit Divina permissione ut conditio (quia cum Dei concursus requiratur, opus est ut Deus velit suam omnipotentiam applicare & Creaturæ conjungere, quod nunquā fieri Deo non consentiente ad operationem Creaturæ. Si tamen Creatura Dei concursu non indigeret, tam parū appareat, quid Dei nolitus impeditura esset (relatis casis omnibus) quam appareat, quid mea nolitus obliteret, quominus ignis applicatus urat).

XIII. Dicent: hanc esse naturam Creaturæ, ut Dei permissione velut conditionem requirat, ad hoc ut ipsa suam virtutem possit applicare. Contra est: quia si ad conditions eiusmodi velimus recurrere, tandem ut id, quod dicimus, cueri possimus, nihil in rerū natura, tā absurdum erit quod facile defendi nō possit. Dicamus ergo cum armarij vnguenti patronis, hanc esse naturā vulnerū, ut positiæ inunctione gladi naturaliter curentr, Hanc esse naturā nubiū, ut positiæ

hac vel illâ gesticulatione cœant, grandines, fulgura fulmina excutiant: hanc esse naturâ cutis humanæ, vt, efformatis huiusmodi signis in chartulâ, ferro ornatis impenetrabilis. Quo pacto, quosum non sit deuenientium nemo non videt. Hanc Arriage defensionem idèò attuli, vñ illi qui hoc loco, eodem civica dominiū Dei argomento pro communi nobilium sententiâ utuntur, videant non propterea etiam ipsorum calculo rem saluâ esse, si alias rationes, quas habere possemus deferentes, pro libitu conditiones excogitemus: quarum officium non sciatur. Contra quas conditiones idem dici potest, quod Oviedo. c. 5: de Gen. p. 1 n. 22. contra illos ipsos, qui dicunt se non teneri effectuum rationes à priori reddere: si in omnibus (inquit) licet notitia à posteriori habitâ conquiescere (ego dicam, si conditione aliquâ tantu nominata licet conquiescere) questiones plurimas apud Philosophos valde exagitatas, possem⁹ omittere, & brevi calamo exiguâ; papyro cursum Philosophie peragere, quæ in vitroq; casu æquæ vera sunt.

XIV. Non diffineor, quandoque recurrentum esse ad conditiones, præsertim in causa efficiente: sed faciendum est valde sobrie, in easibus scilicet ad modum receptis, & cum res alter non facile componi potest. Cum ergo in præsenti casu dominium Dei recte ostendatur, requisito concursu, malè ad nouam conditionem abitur, cuius officium non ostenditur. Quin omnes alij conditiones longè facilius explicarentur, quam ista Dei non concurrentis permisso. Quia in alijs creatis conditionibus possimus dicere eas obiectivæ applicare Dei omnipotentiam, in quantum sunt aliquid, quo viso, Deus mouetur ad volendum concurrere cum Creaturâ: sicut de facto doceamus approximationem ignis, ad ustionem; Vbi immediate præcedens ad productionem alterius certe Vbicationis; centrum Terræ in hoc spatio imaginario, ad motum lapidis per hanc lineam faciendum; has, inquam, dicimus esse conditiones, quas nisi videret causa prima, non applicaret suam omnipotentiam ad recurrentum cum hac causa ad hos effectus. Nihil autem tale dici posset de illa Dei permissione, cum nec ipsam Dei omnipotentiam, nec alterius causæ cognoscens virtutem applicaret. Valeat ergo hæc ratio, quod nisi D'eo concedamus immediatum cum omnibus creaturis concursum, non possit recte defendi perfectissimum Dei dominium. Ethane dignam esse causam cur influxus multiplicentur.

XV. Longè profusior est in entium multitudinâ vera & priori affinis doctrina, quæ tradit creatas res

omnes, non solùm fieri per actionem aliquam, sed etiam per verum & realem influxum conservari. Hæc enim ferè altero tanto plus admittit, quæ oppositus nonnullorum error, qui assertit, res semel productas non egere aliquo positivo influxu à quo conseruantur. Et tamen prior ab omnibus Scholasticis posteriori præfertur, hoc maximè fundamento naturali; quod, cum posterior ostendere non possit, qua ratione stet tale Dei doctrinium creaturam quamlibet immediatè annihilandi, prior verò id possit, dicendo, hoc ipso quod Deus concursum suum Creaturæ subtrahat, eam in nihilum recidere. Et hoc argumentum putant sufficiens esse, tot ferè actiones concedendi, quod Creaturæ conseruantur. Nunc pro causa materiali præter efficientem agendum est.

XVI. Lessius lib. 3. de summo bono n. 49. & seq; videtur è rerum natura tollere omnē Causam materialē sustentatiuam, non parùm patrocinante Ariaga D. 8. Phis. sect. 1. Quare consequitur, vt virtutem Causæ physicæ ad unam causam efficientē contrahat, insigni rerum parsimonia: quam tamen Philosophi prop̄ omnes rejeicunt, & nos cum illis. Credimus enim sufficientem esse necessitatē plures causas admittendi, quod contraria sententia rationem dare nequeat, quare actio, qua forma equi producitur fit generativa: illa verò quæ anima rationalis primò produci solet, sit creativa. Priorem autem esse generatiuam, & posteriorem creativam ipsi quoque P. Lessio indubitatum est.

Probo quod ratio à priori dari non possit: quia debet iterū peti à definitione virtusq; sed negata causa materiali, non amplius ita definiti potest actio generativa, vt ab omni creatione discernatur. Ergo qui tollit Causam materialē, tollit hoc discrimen. Minorem ostendo: quia si dicatur quod actio equi productiva ideo sit generatio, quia a subiecto dependet velut à conditione (vt responderi posse putat Lessius) non stabit distinctione; nam etiam anima rationalis prima productio dependet à materia, tanquam à conditione; DEVS enim vt Author naturæ nunquam producet anima rationalem, nisi viderit materiam esse ita dispositam, vt ipsi in primo productionis instanti eandem unitem possit. Et tamen illa productio animæ rationalis extra omne dubium est creatio.

XVII. Videri queat Generatiuam dici actionē illā, quæ exigit suū effectum pro omni tempore duratio- nis suæ esse unitum subiecto. Creatiuam verò quæ licet hoc pro primo instanti perat, non tamen petit pro omni ipsius effectus duratione. Verum iterum contra

contra stabit; quia actio talis eductiva, vel perit illa connexionem cum subiecto indispensabiliter, ita ut neque Deus actionem conseruare possit, quin conjugatur immediate cum subiecto isto, & tunc hoc ipso erit vera Causa materialis tale subiectum, ut patet ex Thes. 8. vel petit illam connexionem indispensabiliter, ita ut per Diuinam potentiam possit influxus ponи extra subiectum, & tunc concedendу erit, quod possit educere aliqua forma ex subiecto jam destructo, vel saltem procul distante; ad hoc enim plus non requiretur quam actio, quae ex natura sua semper perat subiectum suę formę, licet defacto non habeat subiectum. Vel denique requiritur ad eductiōnem, ut non tantum per se & suū effectum esse coniunctum cum subiecto, sed insuper ut actu sit coniuncta cum subiecto; & tunc factendum erit, eandem actionem; quae aliquando sive generatio, cum scilicet & petebat subiectum & simul habebat, posse fieri creatiūam, quando supernaturaliter conseruatur sine omni subiecto licet adhuc perat. Quae eum omnia absurdā sint consequens est, ut vel oporteat etiam efficienti Causa aliā sustentatiūam conjungere, vel discriminariē creationem & eductiōnem carere.

XVIII. Dices: illam actionem esse eductiōnam quae indispensabiliter est coniuncta cum materia, non tamen immediate, sed tantum mediante aliquo alio. Contra est primò: quia hac ratione non erit possibili villa productio unionis inter materiam & formam, quae sit Creatiua: cùm tamen jam communior Philosophia concedat eam creari posse ut videtur est apud Mendoza D. 12. Phys. sect. 3. q. mihi 49. & Arriagam D. 4. Phys. sect. 4. subl. 5. Item actio, quae phantasma cum Intellectu possibili producit speciem intelligibilem erit eductio ex ipsa materia, quia hoc ipso quod proueniat a phantasmate essentialiter consistere cum materia, neque per Diuinam potentiam geni potest nisi coniuncta cum materia, quae est ipsum subiectum mediatum. Vnde vtterius sequetur, rem spiritualē naturaliter educi ex materia, quod est impossibile. Contra est secundò: quia non apparet ex quo capite actio productiva, quantitatis indispensabiliter dependeat à materia si non pendeat ab illa, ut immēdiato subiecto, sive modificato, nam illud tantum essentialiter & indispensabiliter dependet à subiecto mediato, quod essentialiter dependet ab aliquo modificato immēdiato, & modificatiū immēdiatum essentialiter dependet ab illo subiecto mediato. Sic actio productiva unione, etiam creatiua essentialiter dependet, sive connexa est cum materia

& forma, quia unio, cum qua tanquam subiecto, & immēdiato modificato essentialiter est connexa talis creatio, essentialiter dependet à materia & forma ut modificatio & subiectis immēdiatis. Idem dicendū est de praedicta actione productiva speciem intellegibilium essentialiter dependente a phantasmate, ut modificato extrinsico. At de actione productiva quantitatis nihil tale dici potest: quia neque ipsa quantitas (si distinguitur) essentialiter connexa est cum suo subiecto ut patet ex Eucharistia: neque ullum aliud assignari potest, quod & ipsum sit taliter connexus cum materia & simul cum ipso illa actio sit connexa. Ergo à primo ad ultimum vel fatidū est nullam dari rationem à priori, qua distinguatur eductio à creatione, vel concedenda est causa materialis præter efficientem. Posterius malumus cum communī, quam prius. Plura ex Causis in hanc rem adferri possent, si opus forūt.

§. III.

GENERATIO SUBSTANTIALIS, ET
EIVS TERMINVS VNIO.

XIX. Generatio substantialis Aristotelice accepta, est mutatio totius in totū, nullo sensibili remanente, ut subiecto eodem. Absolutè potest dici, esse productio substancialis dependens à subiecto ut Causa materiali. Corruptione ipsi opposita, in rigore Philosophico est deficitus rei generatae: vel rei-dependētis à subiecto ut causā materiali. In generatione & corruptione non sit resolutio omnium accidentium usq; ad materiam primam.

XX. Generationis totius terminus formalis est vnio, à quā solā generalia vel creata, totū denominatur generari vel creari. Vnio est modus realiter distinctus ab illis extremis, quæ saltē per Diuinā potentiam possunt separata existere. Modus in genere est ens essentialiter informans, tollens formaliter indifferenter illius, cum quo physicam & indispensabile habet connexionē. Iam ad questionem nostram.

XXI. Qui vniōne modalē, reliquasque modos omnes à Philosophia proscribūt, hoc vno ferē triumphant, quod tot non necessarios nodos, multarum difficultatū nidos remouerint. Et removisse quidem illos nemo est qui neget. Quod autē illi necessarij non sunt negat tota illa Philosophia quae res pia vobis amat. Dubito tamen an iis necessitatē contra Adversarios cum dignitate tueri posset, qui in discernenda sententia ut probabilitate, maiore rationē halberet entium non multiplicandū, quam argumentorū à priori. Permissō enim, quod huius esse

Cūs formalis *vnit̄* *esse*, vel huius: *producit ab hoc, causas constitutivas tolerabilius sit ignorare*; quām tot modos à rebus distinguere: *argumenta nostra vim suam aut fractam, aut valde debilitatē experientur*. Quod ut certius constet nonnulla proferam.

XII. Primum argumentum est: hominē ab alio homine generari, indubitate est omnium doctrinæ, cuius tamen ratio reddi non potest, nisi vno distinguatur à materia prima & anima rationali. Probatur: Si homo posset diei & denominari ab alio productus; homo producens deberet hanc denominationem atcepere, ab aliqua actione ab ipso procedente, & ad aliquid in producto terminata: (siue actio illa distincta sit à causa siue identificata, de qua hic non laboreo) sed nisi vno distinguatur, nulla talis actione reperierur, ergo non poterit assignari ratione formalis, à qua constitutatur Mater, v.g. producens & filius productus. Major clara est, quia tantum suppeditare materiæ, aut eam etiā disponeere, non facit ut aliquis sit physica causa alterius, cùm & terra suppedite materiæ ratiæ, & ignis disponat materiam pullorum in fornacibus exclusorum; neuter tamen physique concurrat. Minor ostenditur: ad quid enim terminaretur illa actione, non ad materiæ, non formæ, quia veraque à solo Deo & creatur. Non ad vniōnem, aut totū compositum; quia implicat realiter terminari actionē ad aliquid, & tamen non ad alterum, cum quo illud adquætè identificatur. At vno & totū compositū iuxta Adversarios adæquate identificatur: cum materiæ & formæ simul sumptis; ergo implicat terminari ad vniōnē vel totū, nisi etiam terminetur ad materiæ & formæ. Solius enim Dei hoc grande mysterium est, ut in ipso possit produci Personalitas, quin producatur natura ipsi actualiter identificata. In creatis verò sicut fieri nequit, ut res una componat aliquod totū, nisi seipsum illi ut partem communiceat, ita fieri nequit ut producatur aliquid effectiuē, nisi vnum vel plura constitutiua efficiat. Ut ergo ostendere possimus, à qua forma Mater generans filium constitutatur; eadē liberalitate, quā supra admisimus formæ à subiecto substantiali distinctā, ut radicē accidentium haberemus, admitemus etiā hic tertiam entitatem, vniōnem, ad quam terminata actio à matre procedens denominet hanc generantem, illum generatum ab ista.

XIII. Alterum est: eliminata omni vniōne distinctā, non potest reddi ratio formalis, à qua Verbum Diuinum sit vnicū Humanitati, & non etiam Pater. Si enim effectus formalis *vniōnē* *esse* nihil im-

portat quām extrema simul sumpta; taim bene hæc duo Paternitas, & humanitas simul existunt, quām illa duo Verbum & humanitas. Idem argumentum a formari potest de diabulo animabus penetrantibus eandem materiam optimè disposita. Sit in instanti generationis humanae in quā materia vltimō disponitut, atque infunditur anima rationalis Pauli, sic, inquam, tunc penetrata anima Petri hominis iam plidem mortui (quis dubitet hoc fieri posse, si Deus permitterat), ponamus insuper anima ista Petri in sua prima productione simillimas dispositiones exegisse cum dispositionibus iam præsentibus. Hoc tamen non obstante anima Pauli iam prædicta erit vnit̄, anima Petri non erit vnit̄; Ostendit quæ forma tribat animæ Pauli, & materiæ effectum formalem vnit̄; quem non eodem jure tribuere possit animæ Petri, & eidem materiæ. Hac necessitate compulsi qui modos admittunt, dicunt dari formæ quandam realiter distinctā, quæ connectat animam Pauli materiæ, & non animam Petri. Et hinc illa denominatur vnit̄, & non ista, sicut hic murus ideo denominatur albus, quia habet albedinem, & non ille, qui caret hoc colore. Hæc validā Modorum ratio nihil aderit illum, qui saepè dictum scutum obiecerit.

XIV. Tertium argumentum a separabilitate petitum, quod & palmarium est, & salvo meliore judicio, nūquā satis solutū. Ac etiā illud tuum robur denique nostro principio debet. Hoc enim negato, quomodo argumentabimur? Vno potest separari, ergo distinguuntur. Quid si negent consequentiam? probare solemus, quod hoc principio negato, non habemus rationem distinguendi vnam creaturam ab alia, immo etiā creaturas ab ipso Deo nō poterimus entitatem distinguerre. Si vero negent antecedens, quomodo probabimus? Sinon esset separata, anima Sauci Petri adhuc esset vnit̄ sua materiæ. Quid si negent lequelam? & dicant adesse vniōnem, sed non tribuere effectum formale vnit̄. Hoc ut probebimus, debebimus dicere effectum formale nihil esse aliud quam formam cum subiecto, vel in subiectis aperte conjunctā; sed hic esse formæ, vniōnem cum subiectis aptis, vnsibilibus conjunctā, immo identificatam, ergo tribuit effectum formalem. Si negauerint iterum maiorem denique impatientiā ducti queremus quid ergo sit effectum formale tribuere? ponamus Adversarios respondere hic per rationē à priori scilicet à definitione, quam licet ipsi dare non possint, & nos possimus dare, non tamen nostrā sententiam suā præferendā; quia ad hoc, præter discrimē- istud,

istud, adhuc requiretur ut cetera essent paria, id est ut eque parum multiplicarentur entia, & alia incommoda, &c. non video quid efficaciter dicere posset, qui saepe dictam maiorem ita limitandam censeret.

X V. Feci tantum hypothesin, quod ita respondent Adversarij. Neque enim viri Docti qui etiam modos negant, vñque adeo formalitatibus indulgent, ut eas tantum impensu emptas vehint, sed censenti negatis quoque modis non deesse rationes talium effectuum. Proinde ad varia connotata extrinseca configunt, quae p̄pter formā & subiectū sint velut conditiones ad effectus formales & denominations tribuendas, scilicet sine quibus non pullularent quedam entia moralia cum physicis identificata. Huiusmodi connotata dicunt esse omnia accidentia dispositiva, penetratas ubicationes. Vel si hæc deficiunt ad negationes & decretum Dei recurunt. Ut dicant: ideò Verbum esse vnitum Humanitati, & non Paternitatem, quia vult Deus illud esse vnitum & non ista. Et in casu supra positio, ideò anima Pauli esse vnitam, & non anima Petri, quia hæc iam ante fuit producta & vnta alicui materiae: altera verò iam primò producitur. A quehas rationes putant esse rationes à priori.

X VI. Responses ista ab alijs solidè refutata sunt: si tamen rationes excutiantur, ex hoc ipso capite ducitæ esse intelligentur. Scilicet quod ipsi non possint rationem à priori dare cur hæc connotata non sint partes, essentialiter constitutæ Hominis v.g. qui verò modos supponunt, possint dare. Nam Modis ad definitionem recurunt, & dicunt: Illud omne & solum est pars, quod certò non est totum de quo agitur, eo tamen sublatu, ceteris licet omnibus positis (quæ distincta sunt ab hoc ponendo) nondum positum estorum. Sed decretum Dei &c. licet requiratur necessariò ad totum Hominem, non est tamen tale ens, vt nondum positus esset Homo, si (per impossibile) omnia à Decreto distincta posserent, ergo decretum non est pars, sed tantum aliquid requisitum, ut produci possit alia entitas per quam constituitur Homo. Minorem hanc Adversarij facere non possunt nec proinde hac ratione à priori gaudere, nec aliam aptam definitionem partis reperire. Definiunt quidem partem, quod sit illa, quæ cum alijs partibus in resto & abstracto convertibilis est cù toto, sub qua maiori subsumunt, sed decretū Dei & penetratio non sunt ita convertibilia, ergo non sunt partes, licet essentialiter requirantur. Major ista conuelli debet, vt ostendatur hanc non esse

bonam rationem. Quod sit, dum ostenditur, prius scrii debere, an aliquid sit pars, quām sciatur illud in resto dici posse. Item quod concreturn denominationē sumptum v.g. album, albedinem dicat in oblique, & tamen sit pars constitutiva albi etiam denominationē sumptū. Denique quod per hanc definitionem & modum defendendi, patentissima via aperiatur ad neganda plurima accidentia, quæ etiam ipsi Adversarij admittunt. Quin etiam ipsas formas substantiales, si solus rationes naturales spectemus. Quippe nū dicam albedinem non distinguiri a realba, visionem nihil differre ab oculo vidente? ad hoc tamen ut formaliter sit mucus albus, aut oculus Videntis requiri decretum Dei volentis ista ita se habere. Item equum à leone substantialiter & intrinsecè non differre, sed eandem substantiam posito hoc decreto Dei acquirere denominationem, & exigere atque reparare has proprietates: posito alio decreto acquirere denominationem leonis, atque alia accidentia exigere. Decretum verò ita se habere, ut eo sublatu formaliter destruantur talia composita, non tamen propterea constitui pertale Decretum, eo quod dici non possit: Leo est substantia, & tale decretum. Quæ fuis non prosequor. Quia id ab alijs egregie est præstatum. Mibi sufficiunt indicasse quorū argumenta pro modis resolvantur.

XVII. Vnum hic breviter miror, quod nonnulli viri Docti, qui hæc in materia eiusmodi connotationes, conditionesque vehementer refugunt: eas tamen in alio Casu tam auidè amplectantur. Docent enim & ipsi simultaneam materiam & formæ durationem, & mutuam vtriusque penetrationem non esse de essentia hominis ut pote accidentia, quæ compositionem mere substantialem, qualis homo est, ingredi non possunt. Sentiunt tamen si per impossibile hic foret materia, Romæ apista, Parisijs verò unio hominum duorum, non forte tamen totum compositorum humanum, solo defecitu simultaneæ ubicationis. Vnde evidenter conficitur totum hominem esse aliquid plus quam omnia sua constitutiva simili sumpta, adeoque totum realiter (inada quæ saltem) distinguiri ab omnibus suis partibus, simul sumptis. Quæ doctrina debet in ista hypothesi ad omnia formalitatum, connotationum, conceptibilitatum, denominabilitatum, &c. vocabula prouicare, quæ alijs absurde congerunt. Nisi forte dicant hanc hypothesin non solum impossibilem (quod est certissimum) sed etiam plane inuidem esse. Quod si fecerint, vel oportebit omnem hypothesin, quæ ponit aliquid

aliquid impossibile, è disputantium usu proscribi, aut falso ostendi, in quo p̄t alij ista peccet, quæ tamen constantiam subiecti (materia, forma, & visionis) quod ponit manere, perfecte retinet, dum tantum tollit Accidentia Aduersariorum confessio-ne adæquatè distinguita à rebus retentis. Constantia enim subiecti tantum tunc non seruat in hypothesi, quando ista formaliter auferit aliquid, quod sit adæquatè vel inadæquatè idem cum re quam etiā ponit manere. Vnde conficitur hypothesin ad hominem tunc esse utilem, quando aliquid tollit, quod aduersarius admittit distinguiri à re retenta, quod etiam sit in casu præsenti.

9. IV.

A L T E R A T I O.

XVIII. Alteratio strictissimè sumptuosa est motus ad qualitatem corruptiūam. Paulò laxius: est motus ad qualitatem quacunq[ue]. In sensu adhuc ampliore est motus ad quodecunq[ue] accidens. Posset etiā h[ab]et etymologia abstrahamus, accipi pro productione quacunq[ue] qualitatis. Alteratio aliqua cum prioritate naturæ p̄cedit generationem substantiam.

XIX. Species p̄cipua alterationis est latencio, quæ est Alteratio, per quam eadem qualitas circa idē indiuisibiliter subiectum magis perficitur in ratione talis qualitatis. Remissio intensiōi opposita est Mutationis, per quam eadem qualitas circa idem indiuisibiliter subiectum immutatur. Vtramque possibilis esse, & in multis qualitatibus de facto dari, Philosophia pro certō supponit. Circum quam tamen, nonnullā in controvēsiā veniunt, quæ ferè omnia entitatum multiplicationem, & eius necessitatēm concernunt. Nam Cajetanus 1. p. q. 54. alijque nonnulli Thomistæ apud Conimbr. lib. 1 de gen. c. 4. q. 12. a. 1. docent generationem substantiam non distinguib[us] alteracione. Qua sententia id consequuntur, vt tot actiones compartant, Quot substantiae generantur.

XXX. Necesitas tamen cogit istas duas actiones cum D. Thom. de potentia q. 3. a. 3. alijsque communiter, distinguere. Quæ necessitas p̄cipue fundatur in eo, quod contraria opinio eripiat sibi rationem declarandi, quomodo substantia incipiat, & rationem formalem, per quam substantia accipiat effectum formalem dependentib[us] ab alio. Quod sic probbo. vel Aduersarij dicunt, tollam qualitatem præuiam vere produci, substantiam vero tantum resul-tare sine actione ipsius substantiae productivam ut nonnulli videntur dicere. Et hi non poterant expli-

care quomodo substantia sit ens ab alio. Si enim hoc esset, deberet accipere suum esse ab aliquo alio, & consequenter ab alio penderere per aliquem influxum secum vel identificatum vel distinctum: sed secundum hos Authoros per nullum influxum dependet, ergo non est ab alio. Nec dici potest primò, quod dependeat mediata ab illo à quo pendent per verum influxum accidentia: quia ut ipsa penderet mediata à causa accidentium, deberet immediate penderere ab accidentibus, ergo jam daretur aliquis influxus distinctus ab influxu, quo producuntur accidentia, cù accidentia non possint influere per actionem, qua ipsa producuntur, ne producant seipsa, ut mox dicā Neque dici potest secundo, quod substantia pendeat immediate ab accidentibus per reflectantiam & non per actionem. Quia tunc h[ab]et ipsa reflectantia esset dependētia effectus à sua causa, ergo jam esset actio. Vel dicant in quo p̄dicateo differat h[ab]et reflectantia ab actione. Neque dici potest tertio substantiam produci per actionem, sed secundum identificatam: quia tunc hoc ipso generatio substantialis differet ab alteratione cum substantia ab hac distinguatur, ergo & generatio substantiae identificata ab eadem distinguetur.

XXXI. Vel docent eandem numero actionem producere simul qualitates & substantiam, & tunc iterū non possunt assignare actionem, qua producatur substantiam. Non illam, quæ præducit accidentia dispositiva, quia h[ab]et prior natura, quam sit generatio; idem autem seipso natura prius esse non potest, ut patet ex Thes. 7. neque possunt dicere quod substantia producatur per alterationem, quæ non sit dispositiva, quia illam causat substantia jam producta; nam juxta Adversarios accidentia talia subiectantur, in toto composite tanquam causa materiali: item, in communī & nostra doctrina, forma producta est causa efficiens talium accidentium, ergo est prior natura, quam alteratio, ergo ab illa jam præsupponitur ut aliunde existens, & consequenter ab ea non accipit existentiam. Quod si illa actio, qua substantia producitur illa sua prima accidentia, etiam produceret ipsam substantiam, tunc substantia producere seipsum: quia id quod est causa actionis, est etiam causa termini per actionem producti. H[ab]e communia contra Cajetanum argumenta sicut in ratione à priori entium paucitati praeseienda, sicut & sequentia.

XXXII. Thomistæ omnes, ut volent Complut. D. 4 de gen. q. 9. h. 3. docent Intensionem fieri sine addi-

additione gradus ad gradum, sed eundem individuibilem calorem fieri magis vel minus intensum per solum maiorem vel minorem radicationem in subiecto. Per quam sententiam multis myiadibus pauciora accidentia in rerum universo admittunt, quam qui alios & alios calores in intentione produci concedunt. Ut proinde haec doctrina latissimis plausibilis est, si posset ostendere, quid sit illud quod aquam ex minus calida constituit magis calidam, & assignare rationem formalen caloris magis radicati. Quod quia iuxta sua principia nequeunt.

XXXIII. Dico intentionem fieri per productionem nouae qualitatis, quia impossibile est consurgere nouum effectum formalem sine noua causa formalis (aut saltum alia parte constitutente) sed esse magis calidum, cum fuerit minus calidum, est quidam nouus effectus formalis, ergo etiam erit noua causa vel pars. At quemad illa apud Thomistas, aiunt, esse maiorem radicationem, & hanc esse hoc, quod accidentis magis inhæretur susceptibili: quod subiectum magis participet qualitatem; quod subiectum magis reducatur in actum, magis subdatur illi. Haec sunt multa vocabula, quæ omnia cum S. Thom. admittit, sed illa significant quandam denominationem, & effectum formalem, cuius causam physicè constituentem, nos indagamus, hi autem modi loquendi illam nondum explicant. Dico ego illam formam esse nouum & distinctum gradum vel individuibilem caloris subiecto additum. Et hoc esse calorem magis radicari, subiectum magis subdi: &c. Illi autem nihil dicunt quod haec voces significent. Haec necessitas cogit calorem in tot partium milliones dividere.

XXXIV. Si monendum vniuersis, ali. sive similes negarem putarem me ipsa Consequentia trahi ad his etiam gradibus parendum. Si enim decretum Dei mihi sufficiens connotatum esset, ad hoc vi Humanitas Verbo, & haec anima materia disposita intime prælens vniuersit, & non Paternitas, aut alia anima item intime præsens: Sufficeret etiam mihi illud ipsum decretum vel maior applicatio causæ, alia que circumstantia ad dicendum eundem individuibilem calorem, idemque subiectum unicum nunc acquirere formalitatem magis, nunc minus calidi. Quia vero nec ipsi Connocationum assertores hoc loco contenti sunt connotatis, sed præterea merito exigunt rationem formalem, ideo & nos alibi meritis extrinsecis non acquiescamus.

XXXV. Sed neque ipsi meliores Thomistæ suam

sententiam his formalitatibus inserviant. Proinde laborant in assignanda ratione sue radicationis. Alij dicunt cum Aegidio eam consistere in maiore deputatione à contrario, sed hoc ipso jam cœidunt contrarium habere gradus, quos successive amittere possit; nam aliter maior deputatione explicari non potest. Alij dicunt consistere in perfectiore existentia; alijs in perfectiore eductiva actione; alijs in perfectiore vnyione: alijs ut Complutenses in modo quodā his omnibus superaddito. Sed haec omnes explicationes partim supponunt falsa: vt quod existentia distinguatur a re existente. Partim incurvant alia in commoda, qua ipsi vitare volunt; nam vel prior existentia, eductio, unio, modus destruitur cum novus producitur, vel manet simul cum novo. Si posterius dicant, jam admittunt gradus in existentia, actione, unione, modo. Quos absolute negant. Et præterea abhui dissimile concedunt idem per plures vniiones, vnijs, per plures actiones produci, adeoque reproduci. Vel in suo modo superaddito concedunt augmentum gratiæ non esse gratiam, augmentum charitatis non esse charitatem.

XXXVI. Quod si dicant destrui priorem existentiam, actionem, &c. adueniente noua, tunc debebunt in quibusdam Intensionibus concedere idem in eodem instanti reali existere & non existere. Quod probatur ex Habitū charitatis, qui dum intensus ut unum, producit actum; in illo instanti dabitus illa prior existentia Habitū, cum nihil operetur nisi existat per aliquam actionem (si creatura est) at verò quia in eodem instanti actus productus habitum suū incendit, producit nouam existentiam, ergo prior destruetur, adeoque non erit, ergo simul erit & non erit, quod est impossibile. Præterea in Remissione, tum v. g. aqua juxta niuem posita amittit paullatim calorem non possunt assignare causam de novo producentem illam imperfectiorem existentiam: non aquam ipsam aut niuem, quia haec volunt calorem penitus destruunt, neque quicquam aliud occurrit. Et hoc argumento etiam ipsi Thomistæ aliqui videntur contra Godofredum & Durandum, qui volunt Intensionem fieri per productionem noui gradus caloris, prioritatem destrusto. Si ergo ipsi hoc argumentum contra alios videtur validum, valeat & nobis contra ipsos. Maneat itaque oportere in Intensione gradus plures admittere, & eius rei rationem esse, vt cautas tam formales, quam efficientes aliquorum effectuum reperiamus.

§. V.

HETEROGENEITAS GRADUVM INTENSIONIS.

XXXVII. Gradus Intensionis communiter octo numerantur in qualitatibus naturalibus, sed id tamē sit disputandi gratia, ut eō facilius diuersus accessus & recessus à summo distinguatur: quilibet tamen gradus in plurimas alias portiones diuidi potest. Prōinde non est necesse, ut quolibet horā minuto integer gradus producatur: adeoque periculum non est, vt intra horam s. c. gradus producantur, etiam si continuè subiectum intenderetur, quod tamē in nostrā sententia quidam R. Thomista futurum timeret. Has autem partes ego cum Arriaga censeo esse finitas, ita vt diuidendo, denique ad indiuisibilia perueniatur quoad intensionem, ex quibus meris componatur intensio, tameisi continuum extensivum ex solis partibus diuisibilibus componeretur; nam compositio continuum intensiui quoad hoc non haberet tamē connexionem cum compositione extensiua, vt si hæc debeat constare partibus in infinitum diuisibilibus, etiam illa eodem modo consti-tuenda sit, vt quidam R. putat. Etenim diuersa est ratio. Quia licet durum videatur concedere entia materialia, quæ sunt extensiue indiuisibilia, certum tamē est dari entia materialia, quæ sunt intensiue indiuisibilia, vt sunt omnes formæ substanciales, præter animalia hominis. Dico ergo primum caloris indiuisibile diffusum per palmarem afferem, extensiue diuidi posse, quoisque affer diuisibilis est, verò neque in duas partes. Sicut si dareretur superficies palmaris à profunditate corporis separata, posset illa secundum longum & latum diuidi in infinitum (juxta Aristotelem) in profundum tamē nullam ferret diuisionem.

XXXVIII. Grauior est, an hæc ipsa indiuisibilia sint homogenea & ciudem omnino perfectionis: an verò sint ita heterogenea, vt diuersæ rationis sintea, quæ debent prima esse, à secundis, & secunda à tertiosis, & sic deinceps. Prior est celebris sententia & rerum perfectiones longe minus multiplicat, quam posterior, quæ hoc ipso antebac semper magis arriserat. Nunc tamē posterior placet (saltē in qualitatibus quæ propriè intenduntur, quæque subiectum sibi assimilare, & in simile aut magis intensum agere non possunt) Heterogeneitym docet Suarez D. 46. met. sect. 1. n. 30. & n. 38. Mend. D. 5. sect. 6. subf. 2. Tellez p. 3. D. 66. sect. 2. Card. de Lugo D. 6. de Incarn. sect. 2. n. 44. & ex parte Oyied. C.

4. p. 3. 6. 6. n. 63. Item Aloysius Confalonierius nī M. S. quos multi R. R. sequuntur:

XXXIX. Necesitas etiam huius pluralitatis perfectionum desumitur ex fundamento haec tenus probato: magis Philosophica est sententia, quæ effectuum, experientiarum, aut alijs certarum doctrinarum potest rationem à priori reddere, etiam si magis multiplicet entia quam illa, quæ rationem reddere non potest, ceteris paribus. Heterogeneity graduum hoc potest, Homogeneity non potest, & cetera præter entium multiplicationem sunt paria, ergo licet illa magis entia multiplicet, erit magis Philosophica & consequenter probabilius.

XL. Quidam R. putauit maiorem sic propositionem posse negari: vt verò sententia rationem reddens, non redditur praferenda, non tantum cetera incommoda, sed etiā entium multiplicationem debere esse paria; sic enim ait esse limitandam illam maiorem: si cetera sunt paria, id est, si que parum multiplicentur entia, & alia incommoda, &c. Sentio & ego reliqua incommoda debere esse vicinque paria; nolim enim ad unius aut alterius experientiae causam reperiendam viam aliquam ingredi, quam mihi non solum nullus probatus Author aperuit, sed postiue preclusissent omnes. At quod etiā entium multiplicatione debet esse æqualis, viderur mihi refragari communis Philosophorum sensu. Quid enim valebunt argumenta, quibus formas substanciales, plures caulis, influxus, modos, plures gradus contra Thomistas communis nostra Philosophia probat, si præter cetera paria, adhuc deberet entitatum esse paritas? & si exempla haec tenus explicata non sufficiant, plura ex libris de anima peti possunt. In quibus admittimus species intelligibiles & visibles per omnia diaphana corpora, atque per superficies opacorum diffusas, quæ tot difficultates in Philosophiam inuixerunt; eas tamē nescio, quomodo probaturi simus, si sententia affirmans debeat insuper non magis multiplicare entia, quam negans, præter hoc, quod det rationem experientiarum illarum, quas p̄ebet intronis specierū, in memoria objectorum iam cognitorum, &c. Item etiam illi, qui negant unionem heterogeneity in anima, non perinde inficiantur, eam esse admittendam, si in homogeneous non posset ratio inueniri, cur in hoc membris sunt, & reparentur dispositiones, & operationes, sed tantum contendunt unionem homogeneam hujusmodi rationibus non carere. Denique quando nonnulli nimis largi Philosophi modos concedunt in

in relatione, veritate, libertate, non negamus esse concedendos hos modos, si alia ratio formalis harum denominationum reperiiri non posset: sed tantum contendimus, sine talibus entibus rem esse componibilicem. Sicut ergo maior inconcussa.

XLI. Minorem Card. de Lugo probat argumento Theologico: doctrina inter TT. satis recepta est in homine justo omnes gratiae gradus praecedentes opus bonum dignificare & magis meritorum reddere: non tam en ita, ut justus semper tantundem per hoc opus mereatur, quantum per omnes praecedentes actus meritus fuerat. v. g. elicit Petrus actum misericordiae a remissum, qui ex se & in homine habente praecise necessariam dispositionem ad merendum, tantum meritorius sit unus indiusibilis gratiae. Hic ipse actus in homine prahabente duo indiusibilia gratiae, plus merebitur, quam in homine habente tantum unum indiusibile, & ubi tria praecesserint, plus quam si tantum duo, & sic deinceps. Huius recepta doctrina ratio reddi non potest in Homogeneitate, quin vel aliquis gradus nihil dignificet, vel opus quodlibet posterius tantundem mereatur, quantum praecedentia omnia: potest in heterogeneitate, ergo tenenda est heterogeneitas. Ant. ostenditur: si gradus sint homogenei tunc secundum indiusibile faciet ut plus mereatur actus, quam si tantum fuisset unum. Ille excessus minor esse non poterit, quam unum indiusibile. Itaque cum ante unum indiusibile fuisset meritorius, iam duo merebitur. Ergo tantundem, quantum ante habebat, cum supponatur duo habuisse: Quod si tria praecedentia indiusibilia habuissent, tunc vel tertium nihil dignificasset, vel etiam ad aliquid plus, quam sola duo dignificauerint: prius est contra doctrinam relatam, posterius cogitur admittere hunc actum iterum tria indiusibilia mereri, ergo totidem, quot praecesserunt. Eodem modo proceditur ad plura indiusibilia in infinitum. Supposita heterogeneitate ratio est facilis; nam si praecessisset unum indiusibile gratiae, actus ille meritus fuisset secundum indiusibile. Si duo praecessissent, meritus fuisset tertium quod secundo praestantis est, non tamen in morali estimatione praestantis quantum primum & secundum simul sumptum. Ergo hac ratione meretur quidem praestantis primum propter secundum indiusibile, non tamen altero tanto maius.

XLII. Propter hoc argumentum nonnulli suam homogeneitatem contrahunt ad qualitates naturales. Contra quos naturali instantia agendum est. Nullum agens naturale potest agere in simile, ait

Suarez D. 8. met. sect. 9. n. 3. esse quasi primum principium (quod saltem inpleris qualitatibus certum est) neque perfecte sibi passum assimilare posse, tanquam experientia certum supponunt Philosophi cura Arriagá D. 3. de gener. sect. 13. n. 199, & Oviedo c. 4. p. 2. n. 22. & alibi. Huius experientiae sententia, quae ponit gradus esse heterogenea, facilem dat rationem quia gradus sunt diuersae rationis; nam licet duo primus & secundus gradus simili sumptu possint producere aliud primum (ponamus ita) non tamen propterea poterunt aliud secundum vel tertium, quia sunt diuersae naturae a primo quem producunt. Sicut licet leo possit producere aliud leonem non tamen potest lapidem, quia hic alterius rationis est, unde bene inferri potest carere leonem virtute productiuam lapidis, licet non caret virtute productiuam leonis. At si gradus sint homogenei, secundus est eiusdem penitus rationis cum primo. Cur ergo illi duo secundi non eaque producere possunt quam primum? praesertim si ponamus primum aliunde productum & conseruatum, ita ut dici non possit, quod calor agentis totas vires suas impendat in primum conseruandum. Confirmo hoc argumentum: hunc ipsum gradum qui iam est secundus, agens calidum ut duo potuisset producere, si primus gradus non praecessisset, adeoque si immediate ante 8. gradus frigoris adfuisserit, ergo etiam illum nunc potest producere cum tantum 7. gradus frigoris praecesserunt. Probo consequentiam: si hoc ipsum agens calidum ut duo, potuit unum gradum obtinere contra resistentiam 8. graduum frigoris, poterit etiam unum, eiusdem rationis, obtinere contra 7. resistentem.

XLIII. Nec quicquam virium habet isthic revertio, quia quidam videntur, quod etiam supposita heterogeneitate duo gradus possint producere primum gradum contra octo, non tamen primo supposito unicum secundum contra septem. Non est paritas, quia in nostrâ sententiâ duo gradus simpliciter carent virtute ad producendam entitatem secundi gradus, nullaque circumstantiae sunt possibles in quibus illam naturam potuissent producere. Et mala est consequentia; leo potest producere leonem in subiecto minus disposito ergo potest producere lapidem in magis disposito. Sed ista est bona, ergo aliud omnino simile leonem poterit in magis disposito. At in opposita sententiâ hunc ipsum numero gradū potuissent producere, modo adfuisset major resistentia passi. Vnde admirandi Athletæ sunt gradus homogenei, qui pauciores & eiusdem penitus

tus roboris hostes superare non possunt, possunt tamen plures. Verum quidem est illud, quod etiam in heterogeneitate duo gradus non possint producere alium primum gradum, supposito iam uno primo in eodem subiecto, ut idem contra nos vrgent. Sed grandis est disparitas: in nostra sententia duo primi gradus habent formalem repugnantiam, ad eum modum quo duæ formæ signis respectu eiusdem subiecti repugnant. Hinc simili non possunt ponи in eodem subiecto. Cum ergo alteruter sit habendus, natura mavult antiquum quam novum, cūm sint eiusdem rationis. Hæc nostra responsio Adventariis non potest esse vsui, quamuis id ipsi confidant, quia primus & secundus gradus homogeneus, se inuicem optimè compatiunt in eodem subiecto, ergo ex formalí repugnantiā non potest ratio peti: proinde aliunde querenda est.

X L I V . Reddunt ergo rationem à priori cur simile non agat in simile, quia cessat finis agentis; nam finis agentis est assimilare sibi passum, hoc obtento quiescit. Quoad hunc finem remitto Lectorem ad P. Ovied. c. 5. de gener. p. 1. àn. 19. qui licet conetur homogeneitatem defendere, hanc tamen respondionem ingeniōsè rejecit, ostendens finem accidentium non esse, assimilare passum tantum sibi, sed sicut ipsa sunt propter substantias, ita finem illorum esse productionem substantiarum, quo nondum obtento, sine ultimato carent. Accedit, quod, cūm Author naturæ alicui rei certum finem constituit dedit etiam ipsis proportionata media ad illum finem ex parte virtutis effectricis: at qui huic fini longe magis proportionata erit talis subordinatio graduum, vt etiā desit virtus ad eum gradum, qui est superior.

X L V . Sunto tamen hæc omnia de actione similiis in subiectum iam antecedenter assimilatum, vel in intensius, at cur neque assimilat? cur agens calidum vi duo nihil amplius agit in calidum vt unum? habet virtutem productiuam illius gradus, qui est secundus & nondum obtinuit finem, quia calidum vt unum nondum est simile calido vt duo. Quid iam deerit? ajunt, iam obtinuisse suum finem, quia finis agentis est assimilare sibi passum quantum potest. Verissimè dictum. Etiam Plato hic jubet quietcere, ubi feceris quantum potes. Sed hoc ipsum est in quaestione. Ego contendo in homogeneitate non posse dari rationem, cur calidum vi duo postquam in passo produxit unum gradum, iam assimilauerit quantum potest. Nam quætere, cur ita assimilauerit, vt vltius non possit, & cur assimilauerit quantum

potest, meo judicio unum & idem est. Affirmant illi posse dari rationem & dicunt hanc esse, quia obtinuit hunc finem quod assimilauerit, quantum potest. Quæ ratio breuius sic reddi potest: Ideo non potest agens sibi passum magis assimilare, quia assimilauit quantum potest. Quod est idem per idem.

X L V I . Dicunt: non posse perfectè assimilare quia non est penetratū. Sed reddit totum argumentū: Approximatio sine penetratione sufficit ad producendum primum gradum, cur non etiam ad secundum? cūm hic sit eiusdem penitus rationis cum primo; cum subiectum minus resistat, cūm finis agentis nondum sit obtentus. Neque sufficit respondere hoc ideo fieri, quia alias nunquam posset finiri sphera affinitatis: licet enim hoc verum sit, est tam tantum ratio à posteriori, Nos rationem à priori quatinus. Quam dicimus dare Heterogenitatem. Rationes à posteriori neutri negamus.

Verum quidem est, quod etiam in gradibus heterogeneis maior approximatio (intra latitudinem naturalem) faciat, vt plus possit producere, quam minor, sed huius ratio in promptu est: cūm enim gradus secundus sit alterius & quidem majoris perfectionis (vt colligitur ex argumēto Theologico Thes. 41. explicato) mirum non est quod exigat maiorem conditionem.

X L V I I . Præterea: vnde mihi probant, supposita penetratione agens sibi passum perfectè assimilaturum: dicent: quia experimur, agens quod magis est approximatum hoc amplius agere, ergo si esset penetratum perfectissimè ageret, & consequenter omnino assimilaret. Concedo ant. neg. cons. quia major & maior approximatio circa penetrationem, sunt conditiones naturaliter possibiles, quibus merito Dei & virtutes naturales attenperavit. At penetratio est conditio supernaturalis: ego autem, ubi peculiaris ratio non vrgit, nunquam concedendam puto virtutem naturalem talem, quæ nunquam possit, nec potuerit habere suum auctum sine miraculo; sed virtus perfecte sibi assimilandi esset aliqua virtus naturalis (si enim de obedientiali loquantur, non ero contrarius) ergo illam absolute non debemus concedere, nisi possibilis sit aliquis casus naturalis, in quo suum finem obtineat; ne in ordine naturæ sic frustaria. Sicut ergo non concedimus Adamantem etiam si penetratus esset cum alia materia, propterea illic posse producere formam Adamantis, quia censimus eum simpliciter carere virtute productiū. Ita ergo

ego probabilius censeo gradū secundum caloris non posse producere aliū secundum sine confortio superiori gradū, etiam si esset penetratus; quia censeo illū implicter carere virtute, si absit confortium superioris. Licet carentia virtutis mihi etiam tantum à posteriore innoteat; nam rationes à priori nobis ordinariē debent à posteriore innoteat. Etenim cur secundus gradus etiā heterogeneus non habeat virtutem producendi aliū sibi similem, quam tamē forma ignis habet, debemus tantum à posteriori colligere, sicut colligimus adamantem, angelum, quantitatem tali virtute carere.

X L V I I I . Ut tandem ostendam in quo sit distinctionas inter veramque sententia. Concedo vitram, que primitus debere à posteriore colligere duos v.g. caloris gradus in agente, non posse producere alios duos in passo, ut proxime dictum est. Transeat etiam hoc; quod vitraque requirat tantum conditionem ad agendum requisitam dissimilitudinem p̄sū, in qualitate per quam sit actio. His tamen suppositis Heterogenitas ostendit quā ratione illa conditione sit necessaria nimirum cum duo primi gradus eiusdem rationis habeant formalem repugnantiam ad idem subjectum, & nullus gradus possit producere similem aut superiorē. n, sine confortio alterius qui gradu producendo superior sit, requiritur dissimilitudo; sine quā producendus esset vel similis gradus illi, qui iam receptus est in passo, aut superior gradibus productentibus. Hic tacer Homogenitas & in solā conditione quelicit; aut rationem illius reddit, vel à fine iam refutato, vel à sequelis primum consequentibus ex concessā alsimilatione, vel a moralibus quibusdam congruentis. Quod quām non valeat, vbi res aliter componi potest, ostendam exemplo inter virtusque sententia. A A. minime controverso.

X L I X . Tam illi qui concedunt species visibles, quām qui eas negant, à solā experientiā discunt quod obiectum nimis remotum videri non possit. Præterea etiam in hoc conueniunt, quod dicant approximationem aliquam esse conditionem sine quā hoc obiectum à tali oculo videri non possit. At in probanda hac conditione disconveniunt. Qui species admittunt dicunt ideo requiri certam propinquitatem, quia obiectum debet agere vsquād oculū producendo species: cum vero sphaera extinuitatis semper decrescat ac tandem finiatur, necessaria est approximatio, ut eō vsque radiare possit. Negantes autem species, nihil tale habent, quod dicant,

ideo & à nobis & ab Adversariis nostris deferuntur. Nec audiuntur, licet dicant hanc conditionem à posteriori esse notam, aliasque conditiones quāque à priore probari non posse, item hunc esse finem oculi humani, ut in tantam vel tantam distantiam videat, mulāque sequelas ex negata hac conditione deducant. Non audiuntur, inquam. Tanti faciunt Philosophi rationes à priori effectuum & experientiarum, ubi sine grauibus incommodis haberi possunt. Ergo etiam audiri non debent, qui dicunt passi dissimilitudinem, esse conditionem, sine qua non possit exerceri actio; cum tam parū possint ostendere, quid officijs habeat ista conditio, quam illi, quid faciat approximatio, si species non dentur. Imò minus illi: cum ea conditio quam requirunt faciat maiorem resistentiam in passo. Quidam nolunt dicere, idēc admittendas esse species intentionales, ut possimus dare rationem à priori, cur fiat talis vel talis Visio. Sed idēc admittē ut habeamus determinatum oculi ad hanc Visionem. Ego verò arbitror determinatum & rationem à priori querere hic nihil distere, qui enim causam determinatē querit, utique rationem à priori indagabit.

Hac pro ipsa Heterogenitate secundum se dīcta sunt. Deinceps quanta sit ista diversitas, individualis an specifica, restat examinandum.

L. Heterogenitas tantum individualis parcior est in multiplicandis rerum perfectionibus, quām fit illa, quā dicit quoddlibet indivisibile caloris differre specie incompletā ab altero intensu indivisibili. Saltem quoad vocabulum quidquid sit dīdere, Nam quæstiones inter differentiam specificam & numericā fere ad nominis item pertinente ut invenit Arriaga d. 3. de anima l. 4. subs. 2. Mihi tamen probabilius videtur specie partiali differre. Quod probō: excessus & diuersitas tantum individualis non obstat quominus gradus inferior possit producere superiorē: ergo individualis tantum heterogenitas non præstat id, propter quod inventa est heterogenitas. Consequens patet ex dictis; hinc enim non daretur ratio eur simile non agat in simile Ant. Ostendo ex sententiā iam satis receptā, quā docetur, individualia eiudem speciei (inter substantias) esse in perfectione individualiter inæqualia, & tēpe contingere, ut mater sit individualiter imperfectior filio: quem tamen etiam ipsa producit, ut concedimus, ne sit necesse in his univocis quoq; generationibus ad Deum ut causam

causam particularem configere, ergo etiam in gradibus, si detur tantum individualis diversitas, quivnum potest, etiam alterum poterit producere, & certe hæc ipsa censenda est notabilis diversitas, (in effectibus ad hanc causam in individuo non determinatis) quando vna res potest ab hoc produci, non autem altera ceteris paribus. Hæc ergo necessitas si sufficit ad heterogeneitatem absolutè dictam, etiam sufficit ad specificam. Facendum tamen est minus efficaciter vrgeri hanc specificam heterogeneitatem, quam heterogeneitatem absolu-
lute sumptam.

L. I. Nouitatis accusatur sententia, quod nullus adferatur A. qui eam docuerit. Sed neque Oppositam de heterogeneitate tantum individuali facile aliquis expressè docuerit præter Tellez. Plerique enim ita docent graduum dissimilitudinem, vt ab utraque abstrahant: Suarez ita obscurè locutus est, vi in utramque patiem citetur: Mendoza neutrius ullam facit mentionem, contentus dixisse dari heterogenitatem. Quod ipsum R. fecit in theor. Physico-Mathemat. Lugo citat. n. 44. ait gradus esse saltem individualiter heterogeneos. Quo satis innuit primum se esse ad specificam heterogenitatem. Quod etiam probatur ex vnione substantiali, quam idem Author admittit specificè heterogeneam. Ariaga verò D. 3. de gener. n. o. habet hæc expressa verbâ: *Dico si gradus intentionis heterogenei sint, multæ probabilitatem esse priorem dicendi modum, nempe eos differre specie partiali.* Et adferit hoc ipsum argumentum, quo d' thesi priori attulimus. Denique hæc nostra sententia thesibus optime fundata vulgata, & in hac nostrâ Almâ vniuersitate cum plauu publicè defenda est. Quæ ideo addo vt appareat hanc doctrinam, non primum à nobis excogitatum esse.

L. II. illam tamen aliqui ex hoc ferè solo capite rejeciunt, quia sine necessitate in novas se tricas ingerit, vt ipsi aiunt. At hoc me non movet. Video enim in quantas difficultates se induat Philosophia per admissas species intentionales (vt iam monui) & tamen illas recipit proper similem causam. Itaque dum afferro: *ceteris paribus* præter entium multiplicationem non volo dicere, quod propter ea deservenda sit sententia reddens rationem, si cetera quomodounque sint in paria, id est si aliquam difficultatem patiatur, quam altera non patitur. Qui enim dicit quod minus est non propter ea negat maius, sed tantum abstrahit ab illo.

L. III. Videamus tamen, quænam sint illæ tri-
cæ. Octo adferuntur. 1. In hac sententia doceri omnem intentionis gradum constare individualibus pene innumeris. Verum est, docet absolute tamen dicit esse numerabilia & simpliciter finita. At contraria multorum sententia docet quilibet gradum constare partibus omnino innumeris. Quæ pene innumeratas tantum superant multitudine, quantum actualitas superat quodcumque tempus. 2. Aiunt omnia ista individualibilia esse à se inuicem specie diversa. Et hoc concedimus de specie inadæquatâ ordinatâ ad unicam totalem speciem v. g. caloris constituendam. Huius tamen quantacumque multiplicationis, per totas Theses ostensa est necessitas. Dico insuper cum hoc qualicumque incommodo cetera quæ admittimus ferè coincidere. 3. Pergunt: quemlibet talem gradum vltimo excepto, v. g. primum respectu secundi, secundum respectu tertii &c. habere verè & propriè dictam prioritatem naturæ. Hoc idem docent illi omnes, qui determinationem ad individualium desumunt ab his circumstantijs, quos inter etiam obijcentes sunt; nam (secundum hos) DEVS ideo concurrit ad hunc gradum qui iam est secundus, quia primus iam est positus, & quia ceteræ circumstantiae sunt tales. Ergo primus habet virtutalem presuppositionem fundatam in abaleitate (vt ipse loquuntur) ergo habet veram & propriè dictam prioritatem. Mend. D. 5. de gener. sect. 2. §. mihi 77. meitò miratur eos, qui admissa hac prioritate naturæ gradus tamen tradunt homogeneos. Et Ovied. c. 4. de gen. p. 2. n. 5. Ostendit talem graduum subordinationem necessariò inferre aliquam dissimilitudinem, quem vide.

L. IV. Quarta difficultas quam obijciunt est: quod docemus quodlibet individualibilia natura prius esse propriè dictum subjectum posterioris. Hoc nihil differt à secundo, nam (vt ingeniose quidam R. advertit thes. 58. acroamat. phys.) data hypothesi quod vñus gradus sit specie differens & perfectior altero, connaturalius & consequentius videatur, quod vñus subjectivè recipiatur in altero. Vbi dictus R. rectè dissolvit ea, quæ contra hanc receptionem ab alijs mota sunt. Eapropter non adduco, quia illic legi possunt. Si quis tamen vellet dicere hos gradus licet dissimiles esse aqualis perfectionis; aut licet inæqualis perfectionis sint tamen immediate non vñisi sibi inuicem, sed tantum eidem subiecto, non teneretur admittere vñum

vnum esse subiectum alterius. Verum tunc vel non gauderet illo arguento Theologico vel deberet admittere diuos gradus caloris in eodem subiecto non magis uniri quam gradus caloris cum gradu frigoris; quia etiam hi vniuntur eidem suje^cto. Vnde consequens est physice loquendo illos non magis constitutere vnum enī, quam isti duos.

LV. Quintum quod opponunt, est, quod secundus gradus non possit connaturaliter produci nisi supposito primo. Concedendum etiam hoc est ab ipsis; qui omnimodam determinationem ad individuum circumstantijs & ipsis creaturis adscribunt, docentque dari tam perfectam proportionem rerum omnium singularium, in hoc Vniuerso, ut maior non sic possibilis. Vnde consequens est, secundum gradum habere talem proportionem ad primum, quem de facto presupponit; ut non posset naturaliter illum non presupponere, alias perfectior proportio esset possibilis; talis scilicet, quam naturaliter dispensari non possit. Vnde conficitur, primum gradum in omni suo statu naturali, debere esse priorem natura, secundo. Sextum; quod duo gradus caloris non possint producere alios duos nisi ipsis adjungatur tertius. Hoc & Homogeneitas concedit, licet eius-rei rationem non possit reddere. Septimum, quod tot milliones specie distinctarum vniuum admittendi sunt, quod milliones indiuisibilium. Adversarij vel debent non vniire gradus vel debent infinites plures numero distinctas admittere quia plures admittunt. Quod specificam diversitatem hoc argumentum non differt a secundo. Proinde hic quoque idem respondendum est.

LVI. Octavum erat quod nostra sententia commode sustineri non possit, quin vel admittatur infinitum actu, vel supponatur sententia alia, quam docere ut probabilem leite non possumus. Sed facile id negatur a nobis. Si dicamus calorem ut octo componi ex centum indiuisibilibus intensius (ponamus ita, in re ipsa plura sunt) & tamen quodlibet illorum extensiu sumptum esse diuisibile in infinitum: infinitum actu non admittit (si tamen Aristotelicum continuum defendi possit sine infinito) & tam parum aliquam veritatem sententiam presuppono quam parum Arriaga supponit continuum extensiu componi ex meris indiuisibilibus virtualiter extensis, dum docet continuum intensiu ex meris indiuisibilibus constare. Et quam parum is qui dicit ani-

mam Equi esse indiuisibilem intensiuē tenetur etiam admittere illum extensiuē indiuisibilem esse.

LVII. Quod Arriaga^{nū} 75. contra Heterogeneitatem, dum dicit: si ponerentur plures gradus caloris omnino similes in eadem manu fortius sentiendum calorem, quam si tantum unus gradus foret. Verum esse sentio: sed inde tantum sequitur ex hac sola maiore sensatione non probari Heterogeneitatem, sicut neque probatur Homogeneitas. Sed ad summum intensio abstracti ab homogeneitate & Heterogeneity; nam si essent plures gradus heterogenei etiam Adversarij non negabunt futuram maiorem sensationem, ergo cum hac experientia (quam iam alias distinctionis causā immediatam vocauit) æquē stat Heterogeneity, quam Homogeneity. Breviter dico: Heterogeneity etiam huius experientiae rationem dampnet, & simul alterius de passo non assimilande (quam mediataam experientiam dico) Homogeneity licet huius dare possit, non tamen alterius. Ergo illa plurium experientiarum potest dare rationem, quam ista. Et consequenter est in agis Philosophica. Instantia Arriaga de pluribus partitis vini rubri conjunctis & magis inuentibus sensum tantum probat Homogeneity esse similiorem illi experientiae, non autem quod melius rationem reddit. Quod non prejudicat alteri sententiae, qua ex alia experientia roboratur. Quod si in sola similitudine acquiescendum foret, dicendum esset intentionem fieri per additionem plurium partium subiecti, sicut si in dicta instantia. Quod ipsum, quia negat Arriaga ob alias experientias, idem & nos sine piaculo faciemus.

LVIII. Ad quem vltique gradum vel indiuisibile agens possit sibi assimilare passum, experientia defectu determinare non possumus. Quando dictum est duo indiuisibilia posse vnum producere, non assertiuē sed exempli causā dictum est. An quinque an etiam decem requirantur ad primum, nunquam nobis notum est, quia tam remissam intentionem experiri non possumus. Hoc tamen certum est quod quo magis agens in densitate excedit passum, hoc magis ceteris partibus posse sibi assimilare. Vnde non video quomodo convincendus esset, qui diceret agens aliquando posse passum in densitate & extensione ita excedere, ut illud possit assimilare usque ad ultimum indiuisibile exclusuē. Neque hac ratione Sphæra actiuitatis in infinitum extenderetur. Licer enim inter

Inter agens & proximum polum esset talis excessus & deinde tamen inter primum polum & secundum non esset, nec aequalis approximatio primi agentis, ut illum secundum polum etiam posse assimilare usque ad dictum indivisible sicut primum pocuit.

LIX. Concessa hae subordinatione gradum, non propterea admittendum est, quod octauus gradus solus possit producere omnes inferiores. Quia ex nullo capite necessarium est ipsi tantam virtutem concedere. Non ex maiore perfectione ostai p[ro]t reliquis; nam anima etiam perfectior est visione, quam tamen producere non potest sine concursu speciei. Neque ab experientia: quia cum octauus nunquam applicetur sine alijs, non possumus scire illum aliquando solum producere inferiores sine concursu aliorum. Potius inde probatur adaequatam virtutem octauo soli concedendam non esse, cum non sit necessaria. Concurrit ergo septimus gradus cum octavo ad producendum sextum, quintum, quartum &c. Autem inferiores etiam concurrant partialiter ad superiores v. g. tertius ad quartum & quintum: puto cum Oviedo certò determinari non posse. Si tamen divinare licet, probabile censeo concur-

re: Quia sicut experimus minores ignes juvare maiorem ad longius extendendam sphæram astutitatis, ita mihi probabile est calidum ut sex, si ipsi adjungantur multa calida ut duo, in remoto parte sphæra posse producere tertium gradum, quam si abessent illa calida ut duo. Huic tamen ultimæ opinioni plus non tribuo, quam quantum talis congruentia valere potest.

LX. Et hæc de isto entia multiplicandi fundamento nobis occurunt. Nemo tamen puer nos hoc unum agnoscere. Istud stabiliter conati sumus, alia non reuictimus. Scio enim sape Philosophos cum in una materia ad entium pluralitatem convicti sunt, eandem deinde extendere ad materiam priori. Similem: licet in hac idem argumentum non reperiant, quod in illa. Ut cum ex cognita distinctione unioris ab anima rationali & accidentibus Eucharisticis argumentantur ad reliquias formas substantiales. Quas etiam à suâ unione distinguunt, licet neque à fide, neque experientia convincantur, sicut in illis. Quæ autem & quantitate debeat huiusmodi similitudo, ut sufficiat ad extorquendam naturæ suam tenacitatem vellera ab alijs ostendi, cum haec tenus nihil repererim in quo stare possem.

Approbatio Theologica.

Natura indoles non sordidez anima est, nec prodigè profusa: Qui aquo parcus de ea sentiant, parcum eorum genium Physica hæc disputatio non minus subtilingenio, quam aeris, limatoque judicio conscripta merito in libera liorem sensum laxare poterit, & forte (si affectu imponant) etiam debet. Quæ cum in super Fidei, & bonis moribus non aduersetur, jure suo lucem à publico tylo accipit, datura alijs, quibus inuestiganda veritatis regula est non voluntas, sed ratio;

Sigismundus Schnuerberger,
Societas JESV, SS. Theologiae Professor Ordinarius,
& p. c. Decanus.

Approbatio Philosophica.

Accurata hæc de necessitate multiplicandi entia disputatio propositum scopum per varias materias docte & clare persequitur. Eam proinde, ut intelligenti lectori gratam fore, ita publica luce & prelo dignissimam censeo.

Franciscus Strob[er], Societas JESV, Philosophie
Professor Ordinarius &
nunc Decanus.

4^o Phys. 63 2